



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Exilium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

statu Monasterium. art. 8.

## EXPOSITVS.

**E**xpositi cùm legitimi censeātur,  
E secūdūm opinionem doctissimo-  
rum virorum, non videntur indige-  
re legitimatione, & dispensatione,  
vt ad sacros Ordines promouean-  
tur; nec etiam facti Regulares, vt ad  
prælationes admittantur. Cùm ta-  
men sit opinionum varietas circa  
hoc, consultius erit ad prælationes  
non admittere, nisi cum eis secun-  
dūm terminos priuilegiorum Re-  
gularium dispensemetur. tom. I. q. 13.  
art. I.

## EXILIVM.

**P**ossunt Iudices Ecclesiastici Cle-  
ricis imponere pœnam exilij;  
quod ipsum concessum est etiam Iu-  
dicibus Regularium respectu Reli-  
giosorum delinquentium, cùm ean-  
dem habeant, quantum ad punien-  
dum, & corrigendum, potestatem,  
quam habent Episcopi circa suos  
Diœcesanos tom. 2. q. 23. art. I.

Sicut Episcopus, vel eius Vicarius  
mittens aliquē Clericū in exilium,  
iusta interueniente causa, potest ab  
e reuocare; ita & Iudex Regularis.

M 5 potē

186 FAMILIARES.

poterit iusta causa Religiosum in exilium missum, ab eo reuocare, nisi constitutiones Regulares aliud disponant. *ibidem*.

Monasterium, vbi Monachus exulans commisit delictum, debet præstare illi alimentum, si in aliud relegetur, & ibi detrudatur, aut si quid habet de suo prouideat ei de ipso, nisi fecerit professionem in Ordine capaci bonorum in communi, quia tunc Monasterium, ad quod peruenit hæreditas Monachi delinquentis, debet ipsum alere. In Ordine autem Fratrum Minorum propter summam paupertatem, ministrat necessaria ad Monasterium, ad quod mittitur, art. 2.

FAMILIARES.

*Vide Interdictum.*

**L**Argè familiares dicuntur, qui cohabitant cum aliquo. Familiares autem Fratrum sunt ij, qui ex authoritate Prælatorū, aut Officiū Conuentuum, toti communitati seruiunt, aut alicui Patri particulari; non sufficit autem quod Fratribus particularibus seruiant, ex eorum